

contradere, leges et divine et humane terribiliter contradicunt; usum autem fructus et sibi et cunctis egentibus cum timore Dei fideliter committunt ^{a)}). Si autem episcopus vel a parentibus dimissa vel aliunde acquisita habuerit, ea suis posse relinquere, sic in Canonibus apostolorum ^{b)} capitulo quadragesimo ^{c)} scriptum est ¹⁾: *Manifestę sint* ^{d)} *res episcopi (si tamen habet proprias) et manifestę dominicę et* ^{e)} *potestatem habeat episcopus moriens* ^{f)} *de propriis, sicut voluerit et quibus voluerit, derelinquere: nec* ^{g)} *sub occasione ecclesiasticarum rerum quę episcopi probantur esse interdican-* ^{h)} *tur et* ²⁾ *rursus pro rebus episcopi ecclesia detrimentum patiatur.* Item in concilio Antiocheno capitulo XX^{mo} IIII ⁱ⁾ eisdem pene verbis, sensu vero toto integro idem definitum ^{k)} est ³⁾. De dispensatione ^{l)} quoque fructuum sic in eodem concilio capitulo ultimo scriptum est ⁴⁾: *Si episcopus minime his, id est victu et tegumento, contentus fuerit, convertat autem res ecclesię in suos domesticos usus et eius commoda vel agrorum fructus non cum presbiterorum* ^{m)} *conscientia diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis aut propinquis aut fratribus aut filiis committat et per huiusmodi personas occulte ceteri* ⁿ⁾ *ledantur ecclesię, iste poenas* ^{o)} *synodo* ^{p)} *provincię* ^{q)} *persolvat* ⁵⁾. Vides igitur, quod ipsa procuratio agrorum ad lesionem ecclesię domesticis vel propinquis episcopi non conceditur, quanto magis alienatio concedetur?

Eutitius. Valde diversa sunt quę a te audio et quę in ecclesiis perpetrari ^{r)} cognosco. Sed quia satis distincta puto quę episcopus dare possit, quę vero minime, ad eos, qui iniusta dona susceperunt et iniustius retinere conantur, sermonem converti peto.

^{a)} committunt C (als Verlesung von A erklärbar). ^{b)} app(osto)lor(um) B. ^{c)} XL^{mo}B. ^{d)} sunt C. ^{e)} C am Rande: al. ut (= Mansi u. Ps.-Isidor). ^{f)} mouens B; vgl. oben S. 21. ^{g)} c über e nachgetragen A. ^{h)} interdicant C (= Mansi u. Ps.-Isidor). ⁱ⁾ XX^{mo} IIII^{to}B. ^{k)} diffinitum C. ^{l)} dispositione B. ^{m)} presbitorum B; presbyterorum C. ⁿ⁾ so AB (vgl. Ps.-Isidor: ceteri ecclesiastici); caeterae C. ^{o)} penas B. ^{p)} sydono A. ^{q)} provincię B. ^{r)} i aus e korr. A.

¹⁾ Mansi coll. conc. 1, 55; Decret. Pseudoisid. S. 29 (D).

²⁾ ut nec eccl. detr. pat. ignorance rerum pontificis steht in den Canones ap. (D).

³⁾ Mansi 2, 1327 ex interpret. Dionysii Ex.; Pseudoisid. S. 272 (D).

⁴⁾ Cap. 25, Mansi 2, 1328; Pseudoisid. S. 273 (D) mit leicht verändertem Wortlaut.

⁵⁾ Pseudo-Isidor, ed. Hinschius S. 273: reatum hunc qui huiusmodi est apud metropolitanum provinciae praestare debet.